



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Oratio De Gratitvdine

Stiebar, Georg Sebastian

Lavingae, 1581

VD16 S 8992

Ad Georgivm Sebastianvm Stibarum, à Butenheim, EQ. Francum Melos
Propempticum, Tricolon Tetrastrophon: Iohannis Ortelii Cygnocomaei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12334

AD GEORGIVM
SEBASTIANVM STI-
barum, à Butenheim,
EQ. Francum

Melos Propempticum, Tri-
colon Tetraastrophon:

IOHANNIS ORTELII
CYGNOCOMÆI.

Hirsuta pigrū condit h̄yems caput:
Dū uicla molli nix Zephyro ca-
Frōdesq; dentatæ GEORGIC(dit):
Arboribus redeūt SEBASTE:
Pratisq; ruptis gramineſpitēm
Tollunt in auras, mille coloribus
Pictum: nec ullis continetur
Grex stabulis, nec aues in umbris:
Ducitq; festos alma Vēnus choros:
Et læta nymphis carmina Gratiæ
Iunctæ canunt: nidosq; fingit
Sub trabibus luteis hirundo.

C Hine

Hinc magna castris Aonidum tut
Patris uoluntas euocat: & lares
Te uult paternos, eruditum
Moribus ingenuis adire.

Non ociosos ut per agas domi
Soles diu: nec tempus inanibus
(Ceu stridulæ cantant cicadæ)
Delitijs tribuas inerter:

Verum amplioris spe sapientiae,
Mangoq; fructu, Gallica uisites
Ut regna: sic linguas, & artem
Iuris ut erudiaris æqui.

Quos inchoasti, si celeras gradus
In disciplinis: non dubito fore:
Quin copia prudente rerum
Exhilares iterum parentem.

Sex namq; messes sic studia artium
Exercuisti libera: sic tuæ
Vitæ probasti integritatem,
Obsequiumq; tuis magistris:

vt

*Vt prosequantur te merita, O tuos
Nunc laude mores: prospera ut omnia
Cæptis tuis ex arce cæli,
Atq; tuo capiti precentur.*

*Hanc ergo laudem fac cumules: loca
Si nunc peragras extera: fac tuis
Vt sedulum impendas laborem
Artibus, O studijs honestis.*

*Quæ nobilem te præcipue decent:
Quæ digna patris stemmate sunt tui:
Quæ Christianam rem tuentur:
Et decorant patriæ salutem.*

*Fac diligentes numinibus preces
Fundas benignis: O fugias eos,
Qui negligentes, uel Cyclopes
Mete, hominesq; deosq; temnūt.*

*Qui pocla nocturnis manibus rotant,
Et qui diurnis: qui citò peierant,
Christiq; diras imprecantur
Vulneribus, meritoq; summi.*

C ij Hæc

*Hæc si cauebis : si studijs tuis
Tantum uacabis, si precibus sacris :
Virtutibus certè decorus
Pluribus in patriam redibis.*

*Tectis Deorum magna penatium
Imperties sic plurima gaudia,
Ex gloria parta labore
Assiduo, uigilantiaq;.
Ito ergo, quò te fata suo trahunt,
STIBARE, mutuuerium auibus bonis
Ito : Deitutus supremi
Præsidio, auspicioq; læto.*



IOAN.